


EPISTULA LEONINA

CXCIII

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXCII** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM NONAGESIMAM TERTIAM (193) !

ARGUMENTA

MORS CERTA HORA INCERTA.....	04
FABELLA GRIMMIANA: <i>Der junge Riese</i>	05-15
VOCABULA TRANSPORTATIONIS ET VEHICULORUM (I).....	16-28

**LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS
AMANTIBUS SAL.PL.DIC.**

Cara Lectrix, Care Lector,

nunc tibi offero Epistulam Leoninam centesimam nonagesimam tertiam (193). De hac Epistulâ tibi missâ maximê gaudeo, et bene spero tibi quoque eandem gaudio fore!


*Inest huic Epistulae Leoninae laeta **fabella Grimmiana**, quae spectat ad puerum, qui a gigante lactatus e pumilione ipse gigas factus primo ne a parentibus quidem suis recognoscitur. Quia copias ciborum verê giganteas cupit comedendas, a matre non iam sufficienter cibari potest. Itaque in regiones longinquas profectus pericula subit mirabilia et iocosa. Cum sit robore herculeo praeditus, efficit, ut praefecti sui tenaces atque avari per âera volitent... Tolle lege mirare!*

*Iam pridem vobis annuntiavi me sub aegide Academiae Latinitati Fovendae componere partem Latinam ingentis **Orbis Picti Hexaglotti**, qui complectitur quadraginta milia vocabulorum ad modernam vitam cottidianam spectantium. Dimidiam ferê partem huius lexicum iam scripsi. Hac in Epistulâ Leoninâ invenietis vocabula, quae pertinent **ad Transportationem et Vehicula (I)**. Cara Lectrix, care Lector, si in indicibus meis aliquid inveneris aut corrigendum aut supplendum, facias, quaeso, me certiolem. Utinam amici Latinitatis Vivae hôc Orbe Picto usuri tandem habeant thesaurum vocum sat copiosum, quem perscrutati sciant res aetatis modernae novas novissimasque appellare sat commodê satque convenienter. Cara Lectrix, care Lector, intimo ex animo te rogo, ut faveas huic operi, quod, ni quid intervenerit, spatio trienni perfectum iri bene spero.*

Denuo cena tibi apposita est opipara: tolle lege frueri!

**Medullitus Te salutat
Nicolaus Groß**

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
Die Lunae, 11. m.Mart., a.2019**



**MORS CERTA
HORA INCERTA**

FABELLA GRIMMIANA NONAGESIMA

De gigante iuvenili



Quidam agricola habuit filium, qui fuit pollicis longitudine neque fiebat longior et per plures annos crevit ne manûs quidem latitudine. Aliquando agricola erat in agrum iturus et araturus, tum puerulus: »Atta« inquit, »unâ tecum volo proficisci«.

Tum pater: »Tune« inquit, »vis mecum proficisci? Manê hîc, ibi nullo modo eris utilis, necnon fieri poterit, ut te amittam«. Tum pumilio coepit flere; deinde pater ne ille fieret molestus, filiolum sacculo impositum secum abstulit. Foris in agro exemptum deposuit in sulco recenti. Cum ibi puerulus sederet, trans montem advênit gigas. Tum pater »En conspicis illam larvam¹ magnam?« dicens voluit filiolum absterre, ut is se gereret satis decenter. »Ista veniet teque corripiet«.

At gigas cum longis pedibus esset, vix aliquot gradibus factis iam fuit apud sulcum. Qui pumilionem duobus digitis cautê sustulit, aspectavit et, sine morâ, nullo verbo dicto secum abstulit. Pater adstans terrore correptus ne unum quidem sonum êdens putavit se filiolum amissum per totam suam vitam reliquam non iam oculis suis visurum esse.

Gigas autem puerulum domum allatum sivit lac sugere e papillis suis; quo factum est, ut pumilio adolesceret et corroborasceret tamquam

¹ *larva*, -ae f. orig. *Butzemann*. angl. *bog(e)yman*; fr. *croque-mitaine*; hisp. *hombre del saco*; ital. *babau*, *uomo nero*.

gigas. Anno elapso gigas vetus cum adolescente iit in silvam, ut eundem experiretur et: »Hanc virgam« inquit, »extrahe!« Tum puer iam fuit tam robustus, ut arborem iuvenilem cum radicibus ex humo traheret. At gigas: »Hoc« inquit, »oportet melius facias«. Deinde iterum puerum secum abduxit et lactavit per annos duos. Nunc cum eum experiretur, robur eius iam tanto auctum erat, ut veterem arborem ex humo eriperet. At hoc quoque giganti vetusto non suffecit et denuo eum lactavit per duos annos et deinde unâ cum puero in silvam iit: »Nunc« inquit, »eripe tandem virgam sat luculentam«. Tum puer quercum crassissimam ex humo eripuit, ut fragores êderentur ingentes, et ipse leviter tantum oblectaretur. Deinde gigas maior: »Nunc satis est« inquit, »nam tu interim didicisti perfectê« eumque reduxit ad illum agrum, unde secum abduxerat. Pater autem cum post aratrum staret, gigas iuvenis ad eum versus: »Viden'« inquit, »atta, quantus vir factus sit filius tuus?«

At agricola territus: »Nequamquam« inquit, »tu es filius meus, nolo te, apage a me«.

»Certê ego sum filius tuus, sine me operari, scio arare tam bene quam tu, immo melius«.

»Non, non, tu non es filius meus neque scis arare, abi a me!«

At quia timuit virum magnum, pater aratrum e manibus dimisit, recessit, seorsim iuxta agrum consedit. Tum filius aratrum apprehensum solâ manu impressit, sed tam vehementer pressit, ut aratrum humo inigeretur altissimae. Agricola autem huius rei impatiens clamavit: »Si vis arare, noli premere tam vehementer, ne male evadat«. Iuvenis autem equis disiunctis ipse aratrum trahens: »Atta« inquit, »eas domum, iubeas mammam coquere magnam cibi patinam, interea ego agrum raptim arabo«. Deinde agricola domum iit et uxori mandavit, ut cenam pararet; filius autem agrum aravit, qui complectebatur duo iugera, solus, deinde ipse se occae adiunxit et simul occavit duabus occis.

Re confectâ in silvam iit duasque quercûs eripuit, umeris suis imposuit, a tergo et a fronte addidit occam necnon a tergo et a fronte equum secum duxit et haec omnia portavit in domum parentium, quasi essent nihil nisi fascis stramenti.

In aulam cum veniret, a matre non est recognitus; ea quaesivit: »Quis est ille vir qui est horrendâ magnitudine?«

Agricola respondit: »Ille est filius noster«.

Uxor autem: »Nequaquam« inquit, »habuimus filium tantae staturae corporis, noster fuit pumilio«. Deinde filium acclamavit: »Abi, te nolumus«. Puer autem reticuit, equos in stabulum traxit eisque dedit avenam fenumque, omnia fecit quae fieri oportuit.



Rebus confectis filius iit in conclave et in subsellio consedit et: »Mamma« inquit, »nunc licet aliquid comedere; vin' cenam mox apponere?«

Tum mater affirmans duas patinas permagnas completas intulit, quibus ipsa ipsiusque maritus per octos dies vesci potuissent. At eorum filius solus illos cibos totos comêdit et quaesivit, num mater plures esset appositura?

Illa autem »Non« inquit, »illi cibi fuerant omnes, quos habueramus«.

Filius: »Isti cibi« inquit, »non suffecerunt nisi ad praegustationem². Egeo compluribus«. Tum mater autem non ausa est illi resistere, in

² Isti cibi nōn suffecerunt nisi ad praegustationem: orig. *Das war nur zum Schmecken*. +praegustatiō, -ōnis f.

coquinam iit et imposuit magnum ahenum porcarium, et ubi primum cibus percoctus est, a matre illatus est in cenationem. Iuvenis: »Tandem« inquit, afferuntur quaedam frustula« et omnia raptim devoravit, »at non satis est, ut famem expleam«. Deinde: »Heus, atta« inquit, »bene video me apud te non saturari, si mihi baculum attuleris ferreum, quod est stabilius, quam ut genus meis diffrangatur, proficiscar in regiones longinquas«.

Tum agricola gaudens duos equos curru adiunxit et filio attulit baculum ferreum a fabro fabricatum, tam magnum atque crassum, ut vix a duobus equis posset transportari. At baculum genus praepositum sine morâ medium diffregit, ut fragorem êderet, et abiecit.

Nunc pater quattuor equis adiunctis attulit baculum, quod fuit tam longum tamque crassum, ut non transportaretur nisi a quattuor minimum equis. At filius hoc quoque baculum diffregit et deiecit et: »Atta« inquit, »hoc mihi non est utile. Plures equi tibi sunt adiungendi, ut afferas baculum crassius«.

Tum pater octo equos adiunxit baculumque attulit, quod tam magnum tamque crassum fuit, ut transportari non posset nisi octo minimum equis. At filius ubi primum hoc baculum manu attigit, statim partem superiorem frangendo abstulit et: »Atta« inquit, »iam video te nullum baculum tale mihi afferre posse, quale mihi sit necessarium, itaque non diutius apud te manebo«.

Deinde abiit et simulavit se esse socium fabri ferrarii. Vênit autem in vicum, ubi habitabat faber, qui erat tenax et avarus, nullique homini congaudens omniaque ipse habendi cupidus; eius officinam intrans gigas iuvenilis quaesivit, num is egêret socio. Tum faber dixit »egeo« et iuvenem aspiciens cogitavit istum esse catulastrum³ sat aptum, qui luculenter usurus esset malleo et panem suum meriturus. Itaque quaesivit e catulastro: »Quantum vis accipere mercedis?«

³ **cat<u>laster**, -trī m. theod. *erwachsener Jugendlicher, Bursche, junger Mann*. VITR.8,3,25 transmarinos catulastros emere formosos et puellas maturas eosque coniungere. cfr OLD 286: „catlaster, -tri m. (CATULUS + -ASTER) A young man...”

Ille respondit: »Omnino nullam nisi tu passus eris duas alapas, quas tibi ducam ceteris sociis mercedem accipientibus«.

Tum parcepromus⁴ contentus fuit sperans se hōc modo parsurum esse multae pecuniae. Postridie mātne socius alienus primo iussus est malleo ferrum tundere; at ubi primum îdem baculum candens a magistro allatum tutudit, ferrum disiectum est et incus in humum proiecta altiore, quam ut ferrum referri posset ad lumen diei. Tum parcepromus irâ incensus: »Heus tu« inquit, »mihi es inutilis, nam nimis vehementer tundis, quidnam mercedis postulas pro hōc ictu?«

Tum puer: »Unum tantum« inquit, »ictum tibi dabo, haud plures«. Tum pede sublato fabrum tam vehementer calcavit, ut is volaret super multas tensas⁵ feni. Deinde sibi exquisivit baculum ferri crassissimum omnium quae fuerunt in officinâ ferrariâ, quod manu tamquam baculo ambulatorio⁶ usus profectus est.

Itinere paulisper facto vênit ad praedium rusticum⁷ et quaesivit e praefecto⁸, nonne egêret servo maiore.

Tum praefectus: »Egeo« inquit, »tu videris esse probus catulaster, qui valet aliquatenus, quantum postulas mercedis annuae?«

Iterum puer respondit se nullam postulare mercedem, sed quotannis se velle illi ducere tres alapas, quae illi essent patiendae. Hac condicione praefectus fuit contentus, nam is quoque erat parcepromus.

Postridie mātne, cum servi iussi essent vehi lignatum ceterique servi iam surrexissent, gigas iuvenis adhuc in lecto iacebat. Tum unus ex illis clamavit: »Fac surgas. Tempus est. Volumus vehi in lignetum⁹. Tu debes nobiscum vehi«.

⁴ **parceprōmus**, -ī m. i.q. *vir tenax atque avarus*. orig. *Geizmann*. PLAUT.truc.184.

⁵ **+tēnsa**, -ae f. *vetus mensura longitudinis*. orig. *Klafter*. angl. *fathom*; fr. *toise*. hisp. *braza*; ital. *tesa*.

⁶ **baculum ambulātōrium** theod. *Spazierstock*. cfr Gerhard Eberhard Rumpf, *Herbarii Amboinensis Liber XII*, Caput III, Amstelaedami/Hagae Comitibus 1750, p.204: baculum ambulatorium.

⁷ **praedium rūsticum**: orig. *Vorwerk*.

⁸ **praefectus**, -ī m. orig. *Amtmann*.

⁹ **+lignētum**, -i n. orig. *Holz*. i.q. silva forestis, silva culta, cuius arbores solent caedi. cfr Ducange, tom.IV, Venetiis 1739, col.199.

Tum gigas catulaster dixit perquam asperê atque contumaciter: »Vah! Licet vos illuc iam proficiscamini; equidem tamen prius adveniam quam vos omnes«.

Deinde ceteri servi adierunt praefectum eique narraverunt servum maiorem adhuc in lecto iacêre neque velle vehi lignatum. His auditis praefectus dixit, ut illum iterum excitarent et iuberent equos adiungere. At servus maior nunc haud aliter dixit ac antea: »Licet vos illuc iam proficiscamini, equidem tamen primus adveniam quam vos omnes«. Deinde etiam per duas horas in loco remansit iacens. Postea tandem surrexit, sed primus duobus medimnis¹⁰ pisorum e granario sumpto pulterem sibi coxit eamque comêdit animo tranquillo, et his omnibus factis in stabulum iit, equos currui adiunxit et in lignetum profectus est.

Haud procul a ligneto fuit semita cava, quae a iuvene erat transeunda, ibi primo currum porro vexit, deinde equos iussit sistere, et iuvenis gigas post currum iit, arbores atque sarmenta sumpsit, ibique construxit magnam concaedem¹¹, ne qui equus transire posset. Cum gigas lignetum adveniret, ceteri modo currum oneratum evehebant domum vecturi, tum îdem: »Licet« inquit, »proficiscamini, ego tamen prius domum adveniam quam vos«. Puer autem non longius in lignetum vectus est, sed statim duas arbores maximas ex humo eripuit, easdem in currum iniecit, eumque convertit. Cum ad concaedem adveniret, ceteri ibi stabant neque poterant transire. Nunc gigas: »Videtisne?« inquit, »Si apud me mansissetis, eâdem velocitate domum venissetis, sed vobis licuisset dormire per horam integram!«

Nunc catulaster voluit provehi, sed equi eius non potuerunt transire, itaque eosdem disiunctos currui superposuit, ipse temone correpto et uno ictu omnia pertraxit, et hoc tam leviter perfecit, quasi currum pennis tantum avium oneravisset. Cum transiisset, ceteris dixit: »Videtisne« inquit, »me velocius transire quam vos?«, iter perrexit et ceteri non potuerunt, quin stantes remanerent. In aulâ autem gigas praefecto arborem manu correptam monstravit et: »Nonne hoc« inquit,

¹⁰ **medimnus**, -ī m. orig. *Scheffel*.

¹¹ **concaedēs**, -is f. theod. *Hucke, Verhack, Verhau*: AMM.16,12.15; 17,10,6; pl. VEGET.mil.3,22 TAC.ann.150; AM.16,11,8; cfr DUDEN, *Das große Wörterbuch der deutschen Sprache in 8 Bänden, Bd.8 (ri-zz)*, 2.Aufl., Mannheim etc. 1995, p.3666, s.v. Verhau: „...*dichtes, bes. aus Ästen, Stauchwerk oder (Stachel) draht bestehendes Hindernis, das den Weh oder Zugang zu etw. versperrt*“.

»est bellulum frustum tensae?« Tum praefectus uxori dixit: »Iste servus est bonus; licet diu dormiat, tamen prius revertitur quam ceteri«.

Nunc praefecto servivit per unum annum. Hôc transacto cum ceteri mercedem acciperent, gigas catulaster dixit tempus esse, quo ipse suam quoque sumeret. At praefectus coepit timere ictûs, quos accepturus erat illumque submissê rogavit, ut sibi donaret hos ictûs, se malle fieri ipsum servum maiorem ita ut ille fiat praefectus.

At puer: »Nequaquam« inquit, »volo fieri praefectus, ego sum servus maior et volo talis manere, sed volo tibi dare, quod ut darem inter nos convênit«.

Praefectus adolescenti dare voluit quodcumque vellet, sed servus maior nihil accepit oblatum, semper negabat. Tum praefectus auxilii expers rogavit, ut res differretur deliberandi causâ. Servus maior autem dixit se concedere hanc mercedis dilationem. Tum praefectus omnes scribas suos convocavit, ut de re deliberarent sibique darent consilium. Scribae autem diu deliberaverunt, denique dixerunt servum maiorem tam periculosum esse, ut immineret vitae omnium; nam ab eodem hominem occîdi posse tam facile quam culicem. Consentaneum esse, ut praefectus illum iuberet in puteum descendere, quem infra purgaret; si ille descendisset, se unum ex lapidibus molaribus prope sitis advolutum deiecturos esse in illius caput, ne gigas umquam reveniret ad lumen diurnum.



Hoc consilium praefecto placuit; servus maior paratus fuit in puteum descendere. In fundo putei iuvenis cum staret, illi devolverunt maximam molam; deinde senserunt caput catulastris diffractum esse, sed is vocavit: »Fugate gallinas, ut aufugiant a puteo, nam eadem pedibus harenam radentes grana iniciunt oculis meis, quibus non iam videam«.

Tum praefectus vocavit: »Attatae! Attatae! Attatae!« et simulavit se gallinas fugare. Labore exanclato servus maior ascendit et: »En conspiciate me pulchro monili ornatam«, nam molam gerebat collo circumdatam. Nunc servus maior postulavit mercedem, sed praefectus iterum rogavit de quattuordecim diebus, quibus de re deliberaret. Scribae conragati suaserunt, ut praefectus servum maiorem mitteret in molinam devotam¹² ad grana frumenti ibi molenda; ex illâ nullum umquam hominem mâne revertisse vivum. Istaes insidiae cum praefecto placerent, eodem vespere iuvenem arcessitum iussit octo maltra¹³ frumenti in molinam vehere ipsâque nocte molere; nam se egêre farinâ. Tum servus maior iit in horreum granarium¹⁴ et duo

¹² **dēvōtus**, -a, -um orig. *verwünscht*.

¹³ **+maltrum**, -ī n. orig. *Malter*. i.e. *mensura voluminis obsoleta, quae aequalis fuit 1,5 metris cubicis*.

¹⁴ **horreum grānārium** theod. *Schüttboden*; angl. *granary, cornloft*.

maltra indidit sacco dextro, duo sinistro, quattuor zabernae¹⁵ indidit et unam partem dimidiam dorso, alteram pectori imposuit; sic saburratus iit ad molinam devotam. Molinarius ei dixit se die ibi bene molere posse, sed non nocte, nam molinam esse devotam, et quicumque eo tempore molinam intravisset, mâne ibidem inventum esse mortuum.

At gigas iuvenis: »Equidem« inquit, vitâ superabo, tu licet cubitum abeas«. Deinde molinam intravit et grana e saccis effudit. Versus horam undecimam in cellam molarem iniit et in subsellio consedit. Ibi cum paulisper sedisset, subito ianuâ apertâ magna, permagna mensa intro volavit et mensae se imposuerunt vinum atque assum multique cibi boni, omnia ultro et suâ sponte advolaverunt, nam nemo adfuit, qui apponeret. Deinde autem sellae se admoverunt, nulli advenerunt homines, sed subito catulaster conspexit digitos, qui utebantur cultris atque fuscinulis imponebantque cibos catinis, sed praeter eos nihil vidit. Cum iuvenis esuriret et cibos videret, consedit ad mensam, unâ cum illis invisibilibus comêdit et cibis perfructus est. Saturatus cum esset ceterique quoque patinas suas integras evacuavissent, tum subito omnes lucernae sunt extinctae, hoc bene audivit, et cum essent tenebrae obscurissimae, iuveni ducta est alapa.

Tum îdem: »Talem alapam« inquit, »si iterum accepero, ipse ducam alteram«.

Alapâ autem iterum acceptâ ipse alapam duxit, et sic deinceps factum est per totam noctem, puer nihil gratis accepit, sed gratias agebat amplissimas et impigrê manum circumagitabat. At primâ luce omnia finita sunt.

Molinarius cum surrexisset, quaesivit puerum et miratus est eum adhuc vivere. Tum gigas iuvenis: »Saturatus sum, alapas accepi, sed etiam duxi«. Tum molinarius gaudens dixit nunc molinam esse a devotione redemptam, et voluit illi dare mercedem multae pecuniae. Ille autem: »Pecuniam nolo, eius satis multum habeo«.

Saccis farinae subbaiulatis gigas domum iit et praefecto dixit se rem confecisse et nunc velle mercedem, de quâ pactum esset. His auditis praefectus eo magis timuit; sudore madidus nesciens quid faceret in

¹⁵ **zaberna**, -ae f. orig. *Quersack*. EDICT.DIOCL.II, 2 et 7.

cellâ molari huc illuc trepidabat. Tum fenestram raptim aperuit, ut âëra recentem hauriret, at sine morâ et improviso a servo maiore pede calcatus per fenestram in âëra volitavit nec desiit volitare, usque dum a nemine spectaretur. Tum servus maior dixit uxori praefecti: »Nisi ille reverterit, oportet tu accipias alterum ictum«.



At uxor: »Noli hoc facere, nam non patiar«, et aperuit alteram fenestram, quia guttae sudoris a fronte suâ demanabant. Tum gigas eam calcavit, ut item evolaret idque, quia erat ponderis minoris, etiam multo altius quam eius maritus.

Maritus autem clamavit: »Veni ad me!«, at illa respondit: »Tu veni ad me, ego ad te venire non possum«. Sic ambo in âëre volitabant, nec unus venire poterat ad alteram, et num ambo adhuc ibi volitent, nescio, sed scio gigantem iuvenem conto ferreo sumpto iter perrexisse.



FABELLAM GRIMMIANAM

C.T.

Der junge Riese

IN LATINUM CONVERTIT

LEO LATINUS

VOCABULA TRANSPORTATIONIS ET VEHICULORUM (I)¹

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane:

PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003. N = NOVA EDITIO: a.2011.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem primam, quae spectat ad astronomiam. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM
– IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI.
NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.
DOMESTICA – VIII. PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA
HORTULANA – IX. VESTIMENTA – X. INSTRUMENTA
PERSONALIA – XI. ARS ET ARCHITECTURA – XII.
COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.
TRANSPORTATIO ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.
SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas novam partem huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

Nicolaus Groß
LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

¹ cfr EL 163, p.5-8: VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (VIII); EL 185, p.21-27 (IX); 186; 187; 188; 189; 190; 191; 192.

Theodisce	Anglice	Francogallice	Hispanice	Italice	Latine
N p. 657 TRANSPORT UND FAHRZEUGE	transport and machinery	transport et machinerie	transporte y vehículos	trasporti y veicoli	trānsportātiō et vehicula
N p.658 Straßenverkehr	road transport	transport routier	transporte terrestre	trasporto su strada	trānsportātiō viāria
Straßenbau	road system	système routier	sistema de carreteras	sistema stradale	systema viāle
Straße im Querschnitt	section of a road	coupe d'une route	corte de una carretera	sezione di una strada	sectiō viae strātae
Decke	surface course	couche de surface	capa de rodadura	manto di usura	integumentum superficiāle
Fahrbahn	roadway	chaussée	calzada	piano stradale	plānum viāle
obere Tragschicht	base course	fondation supérieure	pavimento	strato di collegamento	strātum superius [cfr Georges, lateinisch- deutsches Handwörterbuch, tom.II, col.2818 s.v. stratum, -i n.:“ II) das Pflaster der Straße, extraneum, Petron.poet.55,6 v.11: strata viarum, Lucr.4,413: strata saxea viarum, Lucr.1,315sq.”]
untere Tragschicht	subbase	fondation inférieure	infraestructura	strato di base	strātum inferius
Berme	bank	berge	talud	argine	fimbria, -ae f. [cfr Scheller, Deutsch- lateinisches Lexicon, Leipzig 1805, tom.I, col.460: „ Berme , 1) am Walle, etwa fimbria valli cet.“ – cfr https://de.wikipedia.org/ wiki/Berme : “Eine Berme ist ein horizontales Stück oder ein Absatz in der Böschung eines Dammes , eines Walls , einer Baugrube oder an einem Hang. Sie unterteilt die Böschung in zwei oder mehrere Abschnitte. Eine Berme soll den Erddruck auf den Fuß der Böschung vermindern...“]
durchgehende Linie	solid line	ligne continue	raya continua	linea continua	linea continua
Böschung im Auftrag	slope	talus	talud	scarpata	+talūtum, -ī n. [cfr Ducange S-Z, p.502: “TALUTUM, Propes, in talum exiens projectio, Gall. Talut.]
Entwässerungs- rinne	ditch	fossé	cuneta	fossato	fossa, -ae f. [cfr Georges, Lateinisch- Deutsches Handwörterbuch, I, 2829: “fossa...I A) b) die Wasserrinne, der Abflußgraben VERG.Georg. I,326“]
Erdaufschüttung	embankment	terrassement	terraplén	terrapieno	agger, -eris m.
Planum	subgrade	sous-fondation	plataforma	fondazione	*plānifōrma, -ae f.
unterbrochene Linie	broken line	ligne discontinue	raya discontinua	linea tratteggiata	linea *discontinua
gewachsener Boden	earth foundation	sol naturel	tierra apisonada	fondazione naturale	solum nātūrāle
Untergrund	bed	infrastructure	asiento	corpo stradale	*īnfrāstrūctūra, -ae f.
Packlage	base	structure	pavimento	soprastruttura	*suprāstrūctūra, -ae f.
Beispiele für Anschlussstellen	examples of interchanges	exemples d'échangeurs	ejemplos de enlaces de carreteras	esempi di raccordo	exempla cōnexiōnis viārum

Kleeblatt	cloverleaf	échangeurs en trèfle	enlace de trébol	raccordo a quadrifoglio	cōnexiō *trifoliācea [2. Paronaella <i>trifoliacea</i> Ozvoldova, 1992.]
Verteiler	gyratory system	carrefour giratoire	enlace de glorieta	raccordo a rotatoria	cōnexiō *rotātōria [2. cfr Rotaria <i>rotatoria</i>]
Raute	diamond interchange	échangeur en losange	enlace de diamante	raccordo a losanga	cōnexiō *rhombōidea [2. cfr Callitris <i>rhomboides</i>]
Trompete	trumpet interchange	échangeur en trompette	trompeta	raccordo a tromba	cōnexiō *salpingōidea
N p.659 Kleeblatt	cloverleaf	échangeurs en trèfle	enlace de trébol	raccordo a quadrifoglio	cōnexiō *trifoliācea [2. Paronaella <i>trifoliacea</i> Ozvoldova, 1992.]
Beschleunigungs- spur	acceleration lane	voie d'accélération	carril de aceleración	corsia de accelerazione	curriculum accelerātiōnis [cfr Eichenseer, Vox Latina 1982, p.330: "Überholspur curriculum praetervectionis"]
Einfahrt	feeder lane	entrée	entrada	corsia di entrata	introitus, -ūs m.
Auffahrt	access road	bretelle de raccordement	ramal de enlace	bretella di raccordo	via *accessuālis [2. cfr I. Bank, Connubia canonica, Roma 1959, p.346: "Item non modo in accessibus epilepticis sufficiens usus rationis aufertur, sed etiam in periodis post - accessualibus et in statu crepusculari, vel, melius, in automatismo, cum saltem obnubiletur mens et fere ad nihilum reducatur aegroti libertas.."]
Insel	island	îlot	isla	isola	însula, -ae f.
Seitenspur	side lane	voie latérale	linea lateral	corsia laterale	curriculum laterāle
Schnellstraße	main road	route	carretera	superstrada	via p̄ncipālis
Rampe, Anschlussstelle	sliproad	bretelle	rampa	rampa	via *annexīva [2. cfr Iuanarius Pisanus, Ideologia naturalis systemate saporum et motuum ostendens viventis, Coloniae Agrippinae a.1721, p.417: „Sit motus annexivus , auctivus, identificans...“]
rechte Spur	slower traffic lane1	voie pour véhicules lents	carril de tránsito lento	corsia di marcia lenta	curriculum dextrum
Mittelspur	centre lane	voie de circulation	carril de tránsito	corsia di marcia normale	curriculum medium
Überholspur	overtaking lane	voie de dépassement	carril de adelantamiento	corsia di sorpasso	curriculum praetervectiōnis [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.330]
Hauptspuren	traffic lanes	voies de circulation	carriles	carreggiata	curricula p̄ncipālia
Autobahn	motorway	autoroute	autopista	autostrada	strāta *autocīnētica [Eichenseer, Vox Latina 38, 1974, p.110]
Überführung	flyover	passage supérieur	puente	cavalcavia	*supertrānsitus, -ūs m. [Lurz, Societas Latina, 1952, p.20]
Schlaufe	loop	boucle	curva	rampa ad anello	annexiō ānulāta
Mittelstreifen	central reservation	terre-plein central	mediana	spartitraffico	lacinia media
unterbrochene Linie	broken line	ligne discontinue	raya discontinua	linea tratteggiata	līnea interrupta

Ausfahrt	exit	sortie	salida	corsia di uscita	exitus , -ūs m.
Ausfahrtspur	deceleration lane	voie de décélération	carril de desaceleración	corsia di decelerazione	curriculum *dēcelerātiōnis
N p.660 starre Brücken	fixed bridges	ponts fixes	puentes fijos	ponti fissi	pontēs fixī
Balkenbrücke	beam bridge	pont à poutre	puente de viga	ponte a travata	pōns trabālis
Überführung	flyover	passage supérieur	paso elevado	cavalcavia	trānsitus superior
Durchlaufträger	continuous beam	poutre continue	viga continua	travata continua	trabs continua
Geländer	parapet	garde-corps	parapeto	parapetto	epimēdion , -ī n. [CIL X 5192]
Pfeiler	pier	pile	pilar	pila	pīla , -ae f.
Unterführung	underpass	passage inférieur	paso inferior	sottovia	*subtertrānsitus , -ūs m. [Lurz, Societas Latina 52.21]
Fahrbahn	deck	tablier	tablero	impalcato	via vehiculāris [Eichenseer, Latinitas viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.58]
Widerlager	abutment	culée	contrafuerte	spalla	fulmentum , -ī n. [AMM.23,4,5, cfr Helfer, Lexicon Auxiliare, 3.ed., Saarbrücken 1991, p.618, s.v. Widerlager]
Beispiele für Balkenbrücken	examples of beam bridges	exemples de ponts à poutre	ejemplos de puentes de vigas	esempi di ponti a travata	exempla pontium trabālium
Mehrfeldbrücke	multiple-span beam bridge	pont à poutres indépendantes	puente de viga de varios tramos	ponte a travi semplici indipendenti	pōns trabum +indēpendentium
Viadukt	viaduct	viaduc	viaducto	viadotto	*viaeductus , -ūs m. [cfr aquaeductus]
Einfeldbrücke	single-span beam bridge	pont à poutre simple	puente de viga de un tramo	ponte a trave continua	pōns trabis continuae
Hängebrücke	suspension bridge	pont suspendu à câble porteur	puente colgante	ponte sospeso	pōns pendulus [cfr OLAUS MAGNUS 1555, 74] pōns pēnsilis [cfr Steinbach, Deutsches Wörterbuch, Breslau 1734, 1,208]
Fahrbahn	deck	tablier	tablero	impalcato	via vehiculāris [Eichenseer, Latinitas viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.58]
Tragkabel	suspension cable	câble porteur	cable portante	cavo di sospensione	capulum pendulum
Hänger	suspend	suspente	tirante	tirante	*suspendibulum , -ī n. [cfr Thomas Reinesus, Epistulae ad Christianum Daunmium, Jenae 1670, p.158]
Pylon	tower	pylône	pilón	pilone	*pylōn , -ōnis m. [cfr Liddell-Scott, p.1554, s.v. : πύλων, πύλωνος, ὁ, gateway, ARIST.Mu.398a,16 (pl.)» - cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Pylon_(Br%C3%BCckenbau) : « Ein Pylon ist im Brückenbau der hochaufragende Bauteil, über den die Tragseile von Hängebrücken laufen bzw. an dem die Schrägseile von Schrägseilbrücken verankert

					sind.“]
Auffahrt	approach ramp	rampe d'accès	rampa de acceso	rampa	accessus , -ūs m.
Widerlager	abutment	culée	contrafuerte	spalla	fulmentum , -ī n. [AMM.23,4,5, cfr Helfer, Lexicon Auxiliare, 3.ed., Saarbrücken 1991, p.618, s.v. Widerlager]
Seitenöffnung	side span	travée laterale	tramo lateral	campata laterale	iugum laterāle
Jochweite	centre span	travée centrale	tramo central	campata centrale	iugum *centrāle
Brückenpfeiler	tower foundation	fondation de pylône	cimiento del pilón	fondamenta del pilastro	fundāmentum *pylōnis
Verankerung	anchorage block	massif d'ancrage des câbles	anclaje	blocco di ancoraggio dei cavi	*fixāmentum capulōrum [1. cfr Thomas Pisecki, Responsio ad decem rationes Edmundi Campiani Jesuitae, Racoviae (in Polonia) a.1610, p.59: „...alia tamen christianae fidei erant fixamenta...“]
Auslegerbrücke	cantilever bridge	pont cantilever	puente cantilever	ponte a cantilever	pōns brachiālis
Kragträger, Ausleger	cantilever span	poutre cantilever	viga cantilever	travata a cantilever	bracchium pontis
eingehängte Spannweite	suspended span	poutre suspendue	tramo suspendido	travata appoggiata	iugum suspēsum
N p.661 Bogenbrücke	arch bridge	pont en arc	puente de arco	ponte ad arco	pōns arcuātus
